



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Septemb. Memento peregisse te aliquid, testare aliquid;
divertisse te ad refectionem, non ad defectionem? S. Aug. in psa. 34.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

738 *Christiani Militis* Septem
illa errorum caligine, non adeò cæcutierint, quin
derint, homini esse laudabile, præbere se omnibus
humanū. Hinc Princeps eloquentiæ, (a) Nihil est
regium, tam liberale, tamque munificum, quam op
ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, libe
re periculis homines. Nullæ essent urbes, si nulla es
urbanitas: nec viverent homines more hominis:
si nulla esset humanitas; nec ullus in via peregrinus
haberet, qui se sociaret comitem, si nulla esset hu
manitas. Nihil denique habet in se hominis, præ
guram corporis, in quo nulla est humanitas.
esse omnibus acceptus, plus dones, quam acc
pias. Vis omnibus esse gratus, confer omnibus
gratiam. Vis frui pace? abstine à lite. Si vis place
tua munera, da latus, non mæstus. Vin' causam?
tende Poetam.

Sides plorando, perdis tua munera dando.

18. DIES SEPTEMBRI.

Memento peregrisse te aliquid, testare aliquid; dive
tisse te ad refectionem, non ad defunctionem.
S. Aug. in psa. 34.

Urbanitas I.

sine Eu
tropelia.

Habet cum humanitate Ur
banitas non tantum com
mercium, sed contubernium.
Eius lineamenta expressit A
ristoteles. (b) In jucunditate quæ ad jocum accom
modatur, qui modum quandam adhibet, is festus, si
urbanus habendus est: Et affectio, Urbanitas, Et fa
ctuas: at quæ modum egreditur, scurulitas, Et in quo
ipsa inest, scurra dicitur: qui vero omnino à joco ab
heret.

(a) Cicero de orat. (b) l.2, Eth. c.7.

Septemb.

Tessera.

739

horret, is agrestis, & rusticus: affectio ista, rusticitas dicitur. Danda est igitur aliqua virtus, quæ exhilarationi animi modum ponat, & hoc vocatur Urbanitas, seu Eutropelia, quæ omnem planè honestam animi, velur arcus contenti remissionem, complectitur. Itaque moderata aliqua remissio, & fessi recreatio, ut vegetior postmodum quis laborem resumat, opus est virtutis: dummodo opus illud, ex quo remissio illa capitur, honestum sit, omnesque extrinsecæ circumstantiæ fœdantes submoveantur. (a) Hippocrates non dubitavit dicere, perfunctionem operis continuam, esse morbi quoddam genus, illiusq; medicinā esse laboris vacuitatem, & cessationem. Pindarus item, lætitiam, animique relaxationem nominabat, (b) *Optimum laborum medicum*. Istud indubitatum est, frequentiâ occupationum, multitudine negotiorum, assiduitate laborum ingenii vim exhausti, rerum variarum tractatione, hominem viribus destitui, continuâ animi contentionē frangi, ac ingenii nervos debilitari.

II. Ne tamen ludas ludos insolentes; observa illud Cassiodori: *Sit pro repub. & cùm ludere videmur; nam idèo voluptuosa querimus, ut per ipsa, seria compleamus.* (c) Imo non tantum dum ludis sit pro repub. sed quo debes omnia referre, pro Dei gloria. Et juxta normam tesseræ, non sit corporis refectio, defectio animi. Sic relaxa animum, ut non noceas animæ. Inambulatio loco ameno, & aperto probatur. Nazianzeno, ipsiq; fuit familiaris. (d) Per pulchrè item Minutius Felix, sūcū amicis relaxationē in mari litore describit; inambulando, ut ait, litori, datum à se tempus referens, &

(a) *I. de Flat.* (b) *Oda. 4. Non.* (c) *I. I. Epi. 45.* (d)
In oīta,

Aaa 2

aura

740 Christiani Militis Septemb.
aura aspirans leniter membra vegetaret, & cū exutu
voluptate, molli vestigio cedens, arena subsideret.
Addit delectationem ex errore cunctarum planta
rum, cum æquor nunc appulsum pedibus allidet
fluctus, nunc relabens, ac vestigia retrahens insi
forberet. Poderit, & ad honestam animi relaxatio
nem, conspectus rusticæ amœnitatis. Adstipulau
mihi D. Chrysoſt. (a) Cum recreare animum volu
ris, poteris hortos petere, fluentes rivos conspicere, inge
res lacus considerare, amœna cernere loca, cicadas audi
re canentes. Garritus item avium, & modulatio
quæ veluti naturali musica & artificiosissimo con
artem concantu, in successu rusticano dulcissime
pascit, & recreat audientium sensus: & captura
plerisque concludentibus aviario in eum finem ca
noras aves; plittacos inquam, picas, corvos, sturnos.

III. Recreaberis non modo audiendo, sed & le
gendo, avium diversos concentus calamo expreſſo.
Sidonii, in villa suæ delineatione. (b) Quam ut
lupe est auribus inſonare cicadas meridie concrepantes,
ranas crepusculo incumbente blaterantes, cygnos, atque
anseres concubria nocte clangentes, intempeſta gallos gal
linaceos concinnetes, oscines corvos voce triplicata pum
ceam ſurgentis aurora faciem consalutantes: diluculo un
tem philomelam, inter frutices ſibilantem; Cui concentus
licebit adjungas, ſſtola ſeptifora armentalem camanam,
quam ſæpe nocturnis carminum certaminibus, in ſomni
noſtrorum montium Tuyri exercent, inter greges tun
bulatos, per depastabuceta, rebounies. Prolunt & ad
nimum remittendum facetiae, ſales, lepores, agutias,
modo intra gyrum honesti contineantur. Sic Stra
tum.

(a) Hom. 36. in met. (b) l. 2. Epifl. i.

Septemb.

Tessera.

341

tonicus, quodam imperè jaculante , abiens, ad ipsum scopum , constitit. Et cùm quidam interrogaret causam , respondit . Ne me feriat. Item Domitius Afer, cuidam oratori malo, qui in epilogo misericordiam se movisse putabat , postquam assedit , roganti videretur ne satis movisse misericordiam. At magnam quidem , inquit , neminem enim puto tam durum , cui non oratio tua miseranda visa sit. Similia arguta responsa , & dicta velut cote quadam , ut acuunt ingenium , sic reficiunt animum. His accedunt varia lusuum genera , quos inter ne admittas aleam , vel tessera , admonebit te hodiernæ diei tessera. Quod si quis ab illis abhorrentem carpat , repone illud Xe- nophanis , quam cum Lasus Hermoniensis , per contumeliam , timidum appellaret , quod ludere tesseras , cum eo nolle: Fatebatur ille , & ajebat , se timendum semper fuisse ad res in honestas. O securum timorem ; timere timenda. Ut ludo ponas modum , ingemina tibi saepius hoc metrum.

Raro doctus erit , qui semper ludere querit.

19. D I E S S E P T E M B.

Philosophus auditur , dum videtur ? Tertullianus de
Psal.c.ultimo.

Mode. I.
Modestia.

Non statuarius ego sum , ait Pindarus , ut immobilia simulacra cōponam. (a) Callet si quis statuarii artem , peritissima morum excultrix Modestia , ut hominem fingat , tanquam animata quendam statuam ad decori excellentem speciem , numeris suis absolutam , quæ oculos aliorum teneat , atque in sui admirationem rapiat. Gatus ille , decorusque membrorum omnium habitus , epigrammate

(a) Ode.5.Ne.

A a a 3

sta-